

Westfalia et in partibus convicinis. Et idem capitulum committit abbati de Veteri Cella, qui pro tempore fuerit, ut dictum collegium instituat ac provisorem idoneum quociens opus fuerit ordinet in eodem ac abbates memoratos, ut scolares suos illuc mittant, compellat habeatque paternitatem et curam ac iurisdictionem collegii memorati auctoritate capituli generalis predicti cum canonica potestate. Datum sub sigillo diffinitorum die et loco antedictis.

7.

Papst Johann XXIII. verleiht der Universität je zwei Präbenden in den Stiftern Meißen, Naumburg und Zeitz, welche an Lehrer der heil. Schrift und des Kirchenrechts vergeben werden sollen.

10

Rom, 1413 Apr. 7.

Hilschr.: Or. Perg. Archiv der Universität No. 2 mit dem Bleisiegel an Fäden von rother und gelber Seide.

Gedr.: Abschrift dieser Bulle vom 6. Sept. 1413 bei Horn, Friedrich der Streibare 314.

Anm.: In dorso: Gratis de mandato domini nostri pape. P. de Magio. Correctum per me Iohannem Stalberg de mandato domini vicecancellarii.

15 :Iohannes episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam.: Inter ceteras felicitates quas mortalis homo in hac labili vita ex dono dei nancisci potest ea non in ultimis computari meretur quod per assiduum studium adhipisci valeat scientie margaritam que ad bene beateque vivendum viam prebet ac peritum imperito sui pretiositate longe facit excellere | et similem deo reddit, hec preterea illum ad mundi
20 archana agnoscenda dilucide introducit suffragatur indoctis et in infimo loco natos evehit in sublime. Et propterea sedes apostolica rerum temporalium et etiam spiritualium provida ministratrix, liberalitatis honeste circumspecta distributrix | et cuiusvis commendabilis exercitii perpetua et constans adiutrix, ut eo facilius homines ad tam precelsum humane conditionis fastigium acquirendum et acquisitum in alios refundendum semper cum aug-
25 mento quesiti inducantur, cum aliarum rerum distributio massam minuat, | scientie vero propagatio quanto in plures diffunditur tanto semper augetur et crescit, sedes inquam apostolica illos hortatur, eis loca preparat, illos iuvat, illos et fovet, non ignorans quanta propterea ecclesie militanti et universali rei publice commoditas presidium atque decus preparantur et adsunt. Sane dudum felicis recordationis Alexander papa v. pre-
30 decessor noster auctoritate apostolica statuit ac etiam ordinavit et concessit, quod in opido Lipsensi Merseburgensis diocesis de cetero esset litterarum studium generale in qualibet licita facultate ipsumque studium ac doctores, magistros aliosque graduatos nec non scolares et ministros pro tempore degentes ibidem diversis privilegiis et indulgentiis decoravit, prout in apostolicis litteris inde confectis plenius continetur. Cum autem sicut
35 acepimus, deo utpote patre luminum a quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendit ac in electos diffunditur operante, studium huiusmodi ab ipso eius principio continue tam doctoribus ac magistris et aliis graduatis quam etiam scholaribus multipliciter sit adauctum et in dies augeatur, nos ut studium predictum eo semper de bono in melius suscipiat incrementum, quo maior ibidem fuerit numerus regentium in